



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

VIII. De interdicto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

quantitas, tam ordinaria, quam Apostolica auctoritate, tam super illorum provisione, seu institutione, aut possessione, quam illorum idoneitate & habilitate, aut alias ex quavis causa, & eorumdem ad dignitates, canonicatus, & prebendas, & ceteraque beneficia Ecclesiastica prædicta admisione & receptione, & capitulum, & canonicos, & ceterasque capitulares personas, ad quos admissio & receptio tam de iure quam ex consuetudine spectat & pertinet, aut etiam alias personas Ecclesiasticas, afferentes beneficia prædicta ad se de iure spectare, ipsi sic provisum interim beneficiorum huiusmodi fructus ac distributiones non percipiant, sed capitulum & canonici illas vel in suos usus & utilitatem convertendas, seu restituendas ei, cui de iure restituendæ erunt, recipiant, prout in dictis constitutionibus & statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est, ut lites huiusmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri possit. Hinc est quod nos hac nostra perpetuo valitura constitutione auctoritate Apostolica statimus atque decernimus, quod fructus, redditus, & proventus, ac distributiones, ceteraque emolumenta, quæ vigore constitutionum, consuetudinum, & statutorum prædictorum in capitulo & canonicis recipienda (ut præmittitur) erant, amplius non ab eisdem capitulo & canonicis recipiantur, sed penes personam fidei & facultatibus idoneam, per iudicem coram quo causa huiusmodi pendere & pertinet fuerint, eligendam & nominandam deponantur, restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint. Datum Romæ 3. Cal. April. 1568.

**TITVLVS VIII.
DE INTERDICTO.**

Bonifacius VIII.

Propter pecuniarum debitum, cuiusvis provincie, & loci publici non possunt interdicio supponi.

CAP. I.

Provide attendentes, quod ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen, multorum interdictioni sententia profertur. Quod sibi nonnulli iudices, nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis five causis, quæ plus interdum ex cupiditate, quam ex charitatis radice perspicuis iudicis procedere arguuntur, quodque tempore interdictioni divina organa suspenduntur, & laudes Dei, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent, tolluntur mortuis, seu minuantur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostia salutaris, adolescentes & parvuli percipientes rarius sacramenta, minus inflammantur, & consolantur in fide fidelium, tepescit devotio, hæreses pululant, & multiplicatur periculum animarum: præsentis constitutionis providemus edicto, ut provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus, auctoritate ordinaria vel delegata non supponantur Ecclesiastico interdictioni pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis moneta, vel pecunie quantitate, sub quacunque occasione, vel causa, seu quovis quæsto colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, flagitis vel statutis, ordinatis vel ordinandis terminis huius, seu quantitatem non solverint hætenus, aut in antea non perseverent. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus hætenus contigerit attentari, illudque revocamus omnino.

Leo Decimus ex concordatis Galliarum.

Iudices in quacunque loca ob pecuniarum debitum interdictioni sententiam ferre non debent, nisi casibus hinc expressis arguentibus.

CAP. II.

Quoniam ex indistricta interdictionum pronuntiatione multa consueverunt fore delicta, etiam in locis, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa, territorium, districtus possit supponi interdictioni, nisi ex causa ipsorum ipsorum locorum, aut domini sui rectores vel alii, qui ipsorum locorum auctoritate iudicari possunt, huiusmodi personam excommunicatam infra ab interdictum cum effectu non egerint, aut ad satisfactionem contentuerint, qua etiam postbiduum restitui possunt, quatenus in pendentiis locum habere decernimus.

Clemens VII.

Pro pecuniario debito, vel cuiusvis provincie, civitatis, castrum, villa, territorium, districtus non possunt interdicio supponi.

CAP. III.

Iter ea, quæ per Romanum Pontificem pro Christianæ salutem animarum salute quotidiè fieri debent, nam obtinenti robore firmatam, nonnulli Romanorum Pontifices illa libere approbati, & venerunt, ut eo firmius illibata persisterent, quo magis illorum presidio communitas. Datum frequenter in Bonifacius Papa VIII. & prædictis nostris litteris, quæ vide attendens, quod ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen, multorum interdictioni sententia profertur, quod si erant nonnulli iudices, qui ipsorum ad proferendas easdem etiam in negotiis five causis, quæ interdum plus ex cupiditate, quam ex charitatis radice perspicuis iudicis procedere arguuntur, quodque tempore interdictioni divina organa suspenduntur, & laudes, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent, tolluntur mortuis, vel minuantur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostia salutaris, adolescentes & parvuli percipientes rarius sacramenta, minus inflammantur, & consolantur in fide fidelium, tepescit devotio, hæreses pululant, & multiplicatur periculum animarum: præsentis constitutionis providimus edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus, auctoritate ordinaria vel delegata supponatur Ecclesiastico interdictioni pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis moneta, vel pecunie quantitate, sub quacunque occasione vel causa, seu quovis quæsto colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, flagitis vel statutis, ordinatis vel ordinandis terminis huius, seu quantitatem non solverint hætenus, aut in antea non perseverent, si secus extiterit attentari, illudque revocamus omnino. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus hætenus contigerit attentari, illudque revocamus omnino. Nonnulli iudices, qui quocunque colore, vel occasione, vel causa, seu quovis quæsto colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, flagitis vel statutis, ordinatis vel ordinandis terminis huius, seu quantitatem non solverint hætenus, aut in antea non perseverent, si secus extiterit attentari, illudque revocamus omnino. Nonnulli iudices, qui quocunque colore, vel occasione, vel causa, seu quovis quæsto colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, flagitis vel statutis, ordinatis vel ordinandis terminis huius, seu quantitatem non solverint hætenus, aut in antea non perseverent, si secus extiterit attentari, illudque revocamus omnino. Nonnulli iudices, qui quocunque colore, vel occasione, vel causa, seu quovis quæsto colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores, seu officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolæ seu inhabitatores, quod singulares personæ ipsorum, flagitis vel statutis, ordinatis vel ordinandis terminis huius, seu quantitatem non solverint hætenus, aut in antea non perseverent, si secus extiterit attentari, illudque revocamus omnino.

In eis contenta de novo facimus & ordinamus. Romae Cal. Iunii 1559.

TITVLVS IX.

DE APPELLATIONIBVS.

Pius II. in Mantuana Synodo.

Appellationes & provocaciones a summo Pontifice ad futurum Concilium inanes, scilicet inanes & irritas sunt.

CAP. I.

Execrabilis, & spiritibus temporibus inauditus, tempestate nostra inolevit abusus, ut a Romano Pontifice Iesu Christi Vicario (cui dictum est in persona beati Petri, Pasce oves meas, & Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis nonnulli spiritui rebelliones imbuti, non sanioris cupiditate iudicii, sed commissi evasione peccati, ad futurum Concilium provocare praesumant: quod quantum sacris canonibus adverteatur, quantumque Reipubl. Christianae noxium sit, quibus non ignarus iurium intelligere potest. Namque (ut alia praeteremus, quae huic corruptelae manifestissime refragantur) quis non illud ridiculum iudicaverit, quod ad id appellatur, quod nisi quam est, neque scitur quando futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi Ecclesia procul pellere, & ovium nostris committendum saluti consulere, omnemque materiam scandali ab oculis nostris Salvatoris arcere, de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, cunctorumque Praelatorum, ac divini & humani iuris interpretum, curiam sequentium, consilio & assensu, ac certa nostra scientia, huiusmodi provocaciones damnamus, & tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus, cassantes, & penitus annullantes, si qua haecenus taliter interposita reperiantur, easque tanquam inanes ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus ac declaramus praecipientes deinceps ut nemo audeat quovis quovis colore, ab ordinationibus, sententiis, five mandatis quibuscumque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere, aut interposita per alium, adhaerere, seu eis quomodolibet un.

Iulius Secundus.

Pii secundi in appellatione a sedis Apostolicae sententia ad futurum Concilium constituto confirmatur & interpretatur.

CAP. II.

Let olim saecul. record. Pius Papa II. praedecessor noster, de fratrum suorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, cunctorumque praelatorum, ac divini & humani iuris interpretum, Curiam Romanam sequentium, in dicta seu congregatione Mantuana existentium approbatione, matura prius & gravi praemissa discussione, & de eorundem, congregatorum unanimi consilio & assensu, ac ex certa scientia provocaciones ad futurum Concilium efficacissimas & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas & detestabiles a damnaverit, ac sub excommunicationis latae sententiae & interdicti poenis praerecepit, ne qua persona cuiusvis dignitatis, five etiam universitatis, aut collegium, quovis quovis colore ab ordinationibus, sententiis seu mandatis quibuscumque, suis ac successorum suorum, appellationem huiusmodi interponere auderet, & contrafacientes una cum favoribus suis, & consilium auxiliumve praestantibus (sive hi tabelliones essent, sive testes, sive advocati,

sive alii quicumque) non solum poenis & censuris praedictis, sed etiam iis quae laesae majestatis & haereticae pravitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuerit. Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogatus, ac generale Concilium, & commune Venetarum, omnesque & singuli patritii, & cives communis ejusdem, una cum provisoribus, potestatibus, commissariis & reliquis officialibus suis (quorum auctoritate, industria, consilio, operibus, aut favore, civitates, oppida, castra & arces, ad nos & sanctam Romanam Ecclesiam legitime pertinentes, occupatae fuerant, aut detinebantur) de fratrum nostrorum consilio, a nobis requisiti & moniti, ut intra certum terminum, sub poenis tunc expressis, nos & sanctam Apostolicam sedem plenae & omni ex parte, in concessa sibi auctoritate & libertate, cum obedientia recognoscere & reintegrare, ac Ravennam, Seriviam, Ariminum, Faventiam, Sarsinam civitates, cum oppidis, castris, terris, & districtu ipsarum, cumque Celenaten, Porhivien, ac Immolen, territorii, castris, oppidis, terris, & locis quae occupabant, integre & expedite, nobis & dictae Romanae Ecclesiae, cujus juris esse noverantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent quo minus illorum cives & habitatores ad pacem matris suae Romanae Ecclesiae obedientiam revertentur: omnes eorum favoros ab auxilio in talibus praestatione deterrendo, ita quod requisitioni, monitioni & mandato nostro huiusmodi non parentes, majoris excommunicationis sententia, de simili consilio, eo ipso innodati censerentur, a qua, praeterquam in mortis articulo constituti, per alium quam per Romanum Pontificem, etiam praetextu cuiuscumque facultatis, cuiusque pro tempore concessae, absolvi non possent (quam quidem excommunicationis sententiam in huiusmodi non paritionis eventum iteratis etiam vicibus aggravavimus) paternis monitis & salutaribus iussibus obsequi, prout debebant, indebitae recusantes, seu qui juri proprio dissident, & superioris mandata contumaciter obaudiunt, ut quae minus iuste usurparunt, indebitae, etiam cum animarum suarum detrimento, retineant: ad prohibuitum atque damnatum remedium confugientes, a requisitione, monitione & mandato, ac sententiae censuris, & poenis praedictis, nulla constitutionis sui praedecessoris, hoc expressis vetantis, habita ratione, ad futurum concilium temere (ut accepimus) provocant: prout etiam perditionis filii, quondam Ioannes Benetivolis, & eius natus, cum eos a tyrannica oppressione dilectae civitatis nostrae Bononiae expellere decrevimus, damnabiliter fecisse dicuntur: videlicet ad futurum Concilium praedictum appellasse & provocasse. Nos igitur quam detestanda sit eorum perveritas attendentes, qui propriis iniis commodis, & nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta Patrum, & superiorum iustasperentes, inconsultum Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam praebere contendunt, & Ecclesiae unitatem dividere, praedictae S. sedis Apostol. principatum tollere, & contra tot sanctorum Patrum, & sacrorum Concil. decreta temere & damnabiliter, magna audacia venire non erubescunt, & contrafacere non verentur: afferentes inter cetera, consules, persuadentes, determinantes, seu determinationi huiusmodi interefferentes, sola consilii praestatione seu persuasione, deliberatione aut determinatione, quod aliquibus talibus a Rom. Pont. seu eius sententia vel decreto ad futurum Concilium generale appellari possit, dicta Pii praedecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione, & illius interpositione, vel scripturae compositione, se immiscuerint: ne de cetero talis infirmitate se excusent, ac tale quid in posterum praesumere impune valeant, opportunitam tam iniuriam & periculoso morbo medelam adhibere volentes, hac generali & in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia, & potestatis plenitudine, de venerabil.

0000

a. Primum e. sup. exco. ab illi. de appellationibus.